Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Passio dni nri ihu xi secundum marcum

Ihesu illo t. Erat pascha & azima post biduum.
& querebant summi sacdotes & scribe qmo ihm
dolo tenerent. & occident. Dicebant enim. Non in die
festo. Ne forte tumultus fieret in plo. Et cum esset bethania
in domo symonis lepsi & recumberet. venit mulier
habens alabastrum unguenti nardi spicati pciosi. &
fracto alabastro effudit sup caput eius. Erant autem quidam
indigne ferentes intra semetipsos & dicentes. Ut quid p
dicio ista unguenti facta est. Potuit enim unguentum
istud venundari plus q̃ trecentis denariis & dari pau
pribus. Et fremebant in ea. Ihs autem dixit. Dimitte eam.
Quid molesti estis illi. Bonum opus operata est in me. Semper
enim pauperes habetis vobiscum. & cum volueritis potes
tis illis bnfacere. me autem non semp habetis. Quod habuit
hoc fecit. Prevenit ungere corpus meum in sepulturam.
Amen dico vobis ubicq; predicatum fuerit eugelium istud in
universo mundo. & qd hec fecit in memoriam eius. Et
iudas scariothi unus de duodecim abyit ad summos sacdo
tes ut proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt. & promi
serunt ei pecuniam se daturos. Et querebat qmo illum
opportune traderet. Et primo die azimorum. quando pas
cha immolabant dicunt ei discipuli. Quo vis eam & pa
remus tibi ut manducem pascha. Et mittit duos ex disci
pulis suis & dicit eis. Ite in ciuitatem. & occurret vob
homo lagenam aque baiulans. Sequimini eum & quo
cumq; introierit dicite domino domus. quia magister dicit.
Vbi est refectio mea. ubi pascha cum discipulis meis
manducem. Et ipse vobis demonstrabit cenaculum grande